

Advertencias para
notables non obstantias apponit. Hęc Bulla
habetur autentica in Archivo Sancti Augu-
stini de Mexico.

¶ Collector priuilegiorum dictę Societa-
tis ver. Communicatio gratiarum, ex hac Bu-
lla docet primo, quod per gratias et facultates cō-
cessas Ordinibus Mendicantibus Religiosi
dictę Societatis Ecclesie ac loca gaudent om-
nibus et singulis priuilegiis immunitatibus
exēptionibus, concessionibus, indultis indu-
gentiis peccatorum remissionibus, et gratiis
quibusuis congregationibus confraternitati-
bus, oratoriis, piis locis Ordinum Mendican-
tium quomodolibet: per priuilegium conce-
sum Minoribus et Augustiniensibus per Cle-
mentem Septimum, qui amplissimam commu-
nicationem illis concessit priuilegiorum tam
concessorum quam concedendorum.

¶ Secundo dicit Collector prædictus, quod
Religiousi Societatis gaudent quibusuis fa-
cultatibus, et gratiis [sue professioni regula-
ris obseruantę non contrariis] jaliis Ordini-
bus quibuscunque non Mendicantibus quo-
modolibet concessis et concedendis in omni-
bus et per omnia, perinde ac si ipsis concessa
specialiter fuissent.

¶ Tertie